unius unguis ad longitudinem unius membri habuit Acquirit
homo duellum pro uno vulnere Et si victor fuerit victus a Ca^m ix
victo pro vulnere manum pro homicidio collum

De conflictu qui fit in die aut tempestate noctis Capitulum decimum

Si contingit criminale nephas aut conflictus nocte vel
die et si probus homo pro eo accusetur promptus est eradere met
septimus quam ille possit super eum protestare quia in isto
loco conflictus preveniens visus est

De diffinicionibus sentenciarum quid sit iuris de debitis c^m xi

Nec sculteto nec castellano tenetur scabinus nec cives ali-
quam sententiam extra veros dies iudiciales diffinire nisi
sit factum manifestum ut vulnera mortalia aut homicidia vel
furta seu alia criminalia Castellanus et scultetus bene possunt
omni die iudicare pro debito absque testimonio agit nisi si ci- Ca xii
vis agit contra hospitem et hospes contra civem pro debito cum
testimonio de quo alter alteri confessus est quod bene potest iudicari
sine mora Et si unus adiudicat debitum quod habet solvere regneti
die quod tenetur Sed hospitem oportet iuramento prestare quod sit Ca xiii
alienigena et ita remote domicilium habeat quod una die ad
iudicium venire non possit

De querimonia quam pronunctaverint pro vulneribus capitulum xiiii

Quod si vir vulneratus fuerit et eadem die non quesiverit
iudicium et suam querimoniam pronunctaverit et qui inculpatur
evadit eum met septimus quam ille super eum possit
protestari Si tribus iudiciis non comparuerit quarto iudicio
describitur Ita tamen si iusto modo citatus et super eum questus fuerit

De stupro et violencijs domiciliorum capitulum decimum quintum

Stuprum et obsidium et violenciam domiciliorum burg-
grabius iudicat et alter nullus Sed si aliquis venit super
alterius domicilium tempore nocturno aut diurno teme-
raria violencia nulla precedente querimonia Et si in mamnah
facto deprehensus fuerit cum clamore Et si clamore cum adiu-
toribus met septimus suorum vicinorum hoc ostendendo probare
poterit secundum iuris exigenciam malefactor collum demeretur
Si autem factum manifestum non fuerit extunc promptus est eva-
dere met septimus quam aliquo testimonio vinci possit